

Balthasar Meisner


**Brevis enodatio Problematis Controversi, Anpraedicationes Personales & Sacramentales recte dicantur regulares, & quidem in specie denominativae vel accidentales?**

Wittebergae: Gormannus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78642964X>

Druck Freier  Zugang






173  
133

356 p  
256 p Fnd  
534 p Fnd  
62 p

Fig-32731-3


51<sup>c</sup> 9<sub>1</sub>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn78642964X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn78642964X/phys_0003)

DFG



3  
*Brevis enodatio*

**PROBLEMATIS  
CONTROVERSI, AN  
PRAEDICATIONES PERSONA-  
les & Sacramentales rectè dicantur re-  
gulares, & quidem in specie deno-  
minativæ vel acciden-  
tales?**

*Scripta in veritatis patrocinium*

Per

**BALT. MEISNERUM,**  
SS. Theol. Lic. & Philos. mor.  
in Acad. VVitreb. Prof. Publ.



*VVITTEBERGÆ,*  
Typis Johannis Gormanni.

*Anno M. DC. XII.*



*Augustinus.*

Philosophi liberis  
utuntur. verbis,  
Nobis verò in Ec-  
clesia ex præscri-  
pto loquendum  
est.



PROBLEMA  
De  
PRÆDICATIO-  
NIBUS INUSITA-  
TIS.



Ravis est & perpetuâ  
consideratione digna ad-  
monitio Apostolica, quæ  
extat Philip. 2, 1. & seqq.

Admonitio  
Apostoli de  
firmanda uni-  
tate.

*si qua, inquit, est consolatio in Christo, si  
quod solatium charitatis, si qua societas  
Spiritus, si qua viscera ac miserationes,  
implete gaudium meum, ut idem sapia-  
tis, eandem charitatem habentes, unani-  
mes, τὸ ἐν Ὁμοθυμίᾳ id ipsum sentientes.  
Nihil per contentionem, neq; per inan-  
nem gloriam, sed in humilitate superio-*



res sibi invicem arbitrantes; non quæ  
sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ  
aliorum.

Utinam verò, iterum atque ite-  
rum Utinam universi ac singuli mo-  
nitum hoc Paulinum sibi semper  
cordi haberent, factisque ipsis expri-  
mere nunquam non laborarent! Sed  
opari hæc queunt, sperari nequeunt.  
Rarò enim invenitur sancta illa év-  
-

*Sed nõ omnes  
illi obediunt.* *ἡς καὶ ταπεινωθεῖσιν:* Lis potius ex-  
lire seritur, & passim regnat *ἐπίδειξῃ  
κρυφῶς:*

Non hinc intelligo externa bella,  
quæ cum hæreticis gerimus: sed in-  
terna potius litigia, quæ inter ortho-  
doxos & unitas fidei confessores sub-  
inde oriuntur. Creb. ò enim con-  
tingit, ut licet in principalibus con-  
veniant, in aliis tamen quæstioni-  
bus, aut modis loquendi dissentiant.  
Qui dissensus non quidem rumpit  
consonantiam fidei, sæpè tamen sol-  
vit vinculum charitatis, & parit scan-  
dalum infirmis.

*Quas*

Quas ob causas meritò debe-  
bant omnes abstinere ab inutilibus  
raxis & novis phrasibus, ne simplices  
turbentur, & adversarii habeant,  
quod calumnientur. Annón alio-  
quin *ostium nobis apertum est magnum,*  
& *adversarii sunt multi?* 1. Cor. 16, 9.  
Hos potius aggrediamur, neque pu-  
gnet vir contra fratrem aut amicum  
suum, cum presentissimum sit peri-  
culum, *si Egyptii adversus Egyptios*  
*concurrant,* Esa. 19, v. 2.

Fieri quidem vix potest, ut omnis  
omnino dissensio tollatur: modò  
autem hoc caveatur, ne dissensio pri-  
vata in apertam pugnam, cum exa-  
cerbatione animorum & scandalo  
Ecclesiæ commutetur. Aliud enim  
est *sententiam suam liberè & modestè di-*  
*cere;* aliud verò, *liberè dissentientibus*  
*inutile bellum indicere.* Illud conces-  
sum, hoc prohibitum: illud ex studio  
veritatis, hoc contentionis oritur:  
illud animum ingenuum, hoc ambi-  
tiosum denotat. Prius illud semper  
A 3 nobis

*Discrimen  
inter dissen-  
tientes.*

nobis commendatum habeamus, & sic animari iūmus, ut quæ sentimus libere dicamus, dissentientes autem neque traducamus, neq; in apertum campum provocemus.

Quod si autem contrarium præter spem nostram ab aliis fiat, veritas certe deserenda non est, licet moderato & pacifico ingenio nihil unquam sit acerbius, quàm cum fratre & amico concurrere.

Quapropter cum hoc tempore nonnullis in vicinia placeat lirem de prædicationibus inusitatis redintegrare, antiquam communemq; sententiam Ecclesiæ, quam non finxi, sed ex præceptoribus meis hausi, paucis explicare & defendere cogor, quod ipsum quoq; à me fieri voluerunt ii, quorum consilium instar præcepti habere debeo. Quod institutum meum ne sinistrè accipiatur, utpote, quod solius veritatis causâ nulloq; insectandi studio suscipitur etiam atq; etiam rogo.

Hoc

Hoc autem est quod quaeritur :  
*An praedicationes personales & Sacra-* Status con-  
*mentales, verè sint, & rectè appellari pos-* troverfia.  
*sint propriae, & quidem in specie Acciden-*  
*tales vel Denominativa?*

Quod problema ut rectè intelliga- Explicatio  
 tur, termini ejus, quorum possi- terminorum.  
 mum tres, paucis explicandi veniunt.

1. Per enunciationes personales  
 intelligimus eas, in quibus natura Quid sine  
 Christi humana de natura divina, & praedicationes  
 contra, in concreto, ob unionem persona- nes personales.  
 lem praedicatur, ut cum dicitur, *Filius*  
*Maria est Filius Dei: Deus est homo:*  
*vel, Filius Dei est Filius hominis &c.*  
 quales praedicationes leguntur *Esa 9,*  
*v. 6. Jerem. 23, v. 5. 6. Matt. 16, v. 13. 16.*  
*Marc. 8, v. 17. Luc. 1, v. 31. 35. Ioh. 1,*  
*v. 14. Rom. 1, v. 3. I. Cor. 15, v. 47.*

Sacramentales autem sunt, Quid sacra-  
 in quibus res caelestis Eucharistia predi- mentales.  
 catur de re terrestri, ob conjunctionem  
 Sacramentalem, quales sunt; *Panis est*  
*corpus; Vinum est Sanguis Domini,*  
 quae quidem in Scriptura expressè

non leguntur, ex Scriptura tamen deducuntur, ideoque sicut personales Biblicæ vel ἑγγεαΦοι; sic hæc Ecclesiasticæ vel ἀγγελιαΦοι prædicationes appellantur.

II. Quod spectat terminum proprii, sciendum dari *duplicem* proprietatem. Altera est *Grammatica*, altera *Logica*. Illa consistit in proprio, nullisq̄ tropis inflexo verborum sensu: hæc in proprio vel usitato & regulari extremorum nexu, ideoque illa nominatur *proprietas ομωστικῆς* vel *significationis*, hæc autem *κατηγορικῆς* vel *predicationis*. Alii nuncupant illam proprietatem *materialem* vel λέξεων, hanc *formalem* vel ὄρων.

Quo sensu  
predicationes  
in usitate  
dicantur proprie  
& improprie.

Prior illa, nempè Grammatica vocum proprietates, si attendatur, uno ore respondent orthodoxi quavis, *predicationes personales & sacramentales esse propriissimas*, siquidem nulla in eis vox tropum admittat, sed nativam suam significationem inviolatam retineat.

¶ Sin

Sin autem Logica terminorum proprietates consideretur, proprias esse negant, ideoque novam speciem, inutilitatem nimirum enunciationes, patere existimant. Hinc vulgò dicitur: *Sunt propria materialiter vel Grammaticè, non formaliter vel Logice.*

Ab hac verò communi sententia recedunt hodiè nonnulli, qui utramque proprietatem, & vocum & terminorum in dictis prædicationibus mysticis defensum ire conantur.

III. Circa descriptionem enunciationis accidentalis vel denominativæ primum dissensionis punctum oritur. Nam assertores proprietatis Logicæ putant sufficere ad constituendam accidentalem, *se prædicatum sit extra subjecti essentiam.* Quid sit prædicatio accidentalis. Nostri autem adhuc plura addunt, quæ paulò post in medium adferentur.

Expositis ita terminis *ἔνθα* & *ἔνθεν*, jungenda est nostra sententia, quam

A 5 hac

hâc unicâ thesi brevissimè comple-  
timur:

Theſis or-  
thodoxa  
de poſito  
problemate.

*Opinio quâ prædicationes personales  
& Sacramentales dicuntur propriae vel  
regulares & in specie accidentales, re-  
cedit tum à lingua Ecclesia, tum à verita-  
te, ideòq; & novitatis & falsitatis accu-  
sari potest.*

Theſis hæc duo involvit mem-  
bra controversa, quæ distinctè & suc-  
cinctè, eâ tamen, quâ fieri potest, per-  
spicuitate demonstrabimus.



## MEMBRUM I.

*Quòd novitatem sectentur &  
à lingua Ecclesia recedant, qui mysticas  
prædicationes proprias & acciden-  
tales nuncupant,*

**P**ROtestantur quidem solenniter,  
se minimè præstantissimorum nostræ  
religionis, Theologorum sententiam re-  
pudiare

judicare, sed protestationem hanc factam contrariam esse sic evinco:

Si libri symbolici nostrig<sup>9</sup> Theologi prædicationes personales & sacramentales vocant inusitatas, easq<sup>9</sup> omnibus propriis contradistinguunt, & ad nullum regularem prædicandi modum logicum quadrare unanimiter statuunt, utiq<sup>9</sup> à lingua Ecclesie recedunt, qui illas proprias & ab usitato accidentali modo prædicandi nequaquam alienas esse dicunt.

Prius autem majoris membrum verissimum esse, demonstrant sequentia testimonia longè clarissima & omni exceptione majora.

*Varia testimonia.*

1. *Formula Concordia* art. 7. p. 736. 1. *Formula Concordia.*  
 prædicationem (hoc est corpus meum) quando nimirum resolvitur juxta Lutherum in hanc (Panis est corpus) expressè vocat *inusitam*, idque non tantum ratione unionis mysticæ, sed & ratione inusitati & singularis modi prædicandi.

2. *Vist.*



• Apolog.  
• Vist. Saxon.

2. *Visitatores Saxonici* art. 2. antithet. 2. p. 91. proprietatem Grammaticam quidem concedunt, Logicam tamen inficiantur, cum aperte scribunt: Wenn schon wir auff vnsern theil sprechen/ es sein inusitata prædicationes, das ist/ geheime vnd Menschlicher Philosophi vnbefandte/ vngewöhnliche reden ( Gott ist Mensch: Mensch ist Gott ) So werden doch alle vnd jede Wörter althier in ihret eigentlichen Deutung gelassen/ &c. Hic clarissime explicatur, cur prædicationes inusitatae nominentur, nimirum, quia modus prædicandi sit singularis, & omni Philosophia incognitus, id quod de accidentalibus & propriis enunciationibus nequaquam dici potest.

• Colloquii  
• Mompelg.

3. In colloquio Mompelg. p. 304 de prædicationibus personalibus hæc leguntur: Res inusitata est, ideo etiam prædicatio inusitata est: Inde autem non sequitur, quod figurata aut tropica sit, quia regularis non est. Nam inter regularem & figuratam seu tropicam prædicat.

dicationem est tertia predicatio, quae dicitur inusitata. Quia res, id est, mysterium incarnationis, inusitata & Aristoteli ignota fuit, cuius organi, sicut aliorum quoque, Dialecticorum regulis non subicitur &c.

4. In refutat. consensus orthodoxi cap. 7. m. p. 443. de praedicatione Sacramentali ita scribunt Theologi VVirttembergici. *Modus praedicationis nec usitatus, nec figuratus est, qui duo modi intelliguntur & sentiuntur, sed qui in mysterio consistit, nec sentitur nec intelligitur.* Et vicissim pag. 458. *Praedication non est Dialectica, hoc est, regulis Dialecticis subiecta, quam compilatores propriam appellant, sed mystica & Sacramentalis.* Vide etiam p. 404. & 495.

5. Philippus Melanthon in Dialecticis libr. 1. expressè statuit tria genera praedicationis, nempe regularem, figuratam & inusitaram, cum inquit, *Tertius modus est inusitatus, videlicet in propositionibus de Filio DEI,*  
qua-

Consensus  
orthodoxi.

Philipp  
Melanthonis.

quarum non sunt alia exempla in tota  
verum universitate, ut Deus est homo,  
verbum caro factum est. Ha non con-  
gruunt ad regulares, ut alioqui non con-  
jungimus species disparatas.

6. Chemnitii. Chemnitius in fundamentis  
cænæ c. 4. p. 23. de prædicatione, Deus  
est homo, dilertè scribit, manifestum  
esse, illam ad communes & usitatas præ-  
dicationum formulas, propterea quod  
duæ disparatæ species, Deus & homo, de  
se invicem prædicentur, non congruere.  
Et vicissim p. 29. Quando de modo præ-  
dicationis disputabatur, Patres non con-  
cedebant vel Ario metaphoricam nancu-  
pationem divinitatis, vel Eutychi abo-  
litionem humanitatis, ut duæ illæ dispa-  
rata species, Deus scilicet & homo, juxta  
communes & usitatas prædicationum  
formulas de se invicem possent prædicari,  
sed juxta scripturam tradiderunt, Deum  
esse hominem, hypostaticâ assumptione  
humane nature. Et hominem illum esse  
Deum, hypostaticâ cum divinitate unio-  
ne.

ne duorum disparatorum cum non congruat ad usitatos predicabilium modos, rectè vocatur inusitata, (Sic ergò nomen hoc ipsis impositum est, non tantùm ob unionem mysticam, sed potius ob inusitatã prædicandi rationẽ) in qua vocabula quidem propositionis habent & retinent propriam & nativam significationem, modus verò talis prædicationis de duobus disparatis, nec ad regulares, nec ad figuratas Dialecticorum prædicationes, qua communes & usitatae sunt, congruit. Et paulò post addit, dijudicationem questionis de modo prædicandi in hac propositione; panis est corpus, non ita ad scholes remittendam esse, ut ex solis vel Grammaticorum vel Dialecticorum vel Rhetorum vel cujuscunq; professionis præceptis, regulis seu figuris constituatur & definiatur, qualem esse hanc prædicationem quisq; judicare velit, sicut à plerisq; jam fit, quasi divina mysteria humanarum artium regulis subjecta esse cogantur, &c.

30. Vicif

P. 30. Vicissim de personalibus aliisque similibus scribit: *Non ignoro quosdam subtiliter disputare, esse predicationes proprias & regulares, quando dicitur de Christo, Hic homo est Deus; Item columba, quam Baptistam vidit, est Spiritus sanctus. Dicunt enim de Minotauro regulariter & proprie potuisse predicari, Hic Homo est taurus. Sed quia certum est; tales predicationes non congruere ad ULLUM modum ex quibusque predicabilibus &c. Ideo non recte possunt dici regulares predicationes. Ita etiam recte dicitur & conceditur; non esse predicationem regularem, congruentem ad usitatos modos predicabilium, quando de pane coenae predicatur, quod sit corpus Christi.*

NB.

P. 36. Licet in illis propositionibus duo disparata copulantur, atque ideo predicationes non sunt regulares; non tamen necesse est, vocabula vel in subjecto vel in attributo, per tropos à propria & nativa significatione dimovere, sed habent: & retinent tam in attributo, quam

iii

in subiecto propriam & nativam significationem. Modus verò prædicationis peculiaris est.

P. 37. De Sacramentali sic ait: *Vulgò vocatur inusitata prædicatione, quia non congruit ad usitatas regulas prædicationum. Et addit: si quis verò propter usitatas regulas & præceptiones prædicationum, hæc eliminare, convellere, pervertere & exagitare voluerit, ei respondemus verbis Hilarij, qui de mysterio tana Dominica loquens graviter inquit: Non est humano aut sæculi sensu in rebus Dei loquendum, neque per violentam & impudentem prædicationem cœlestium dictorum sanitati, alienæ atq; impiæ intelligentiæ extorquenda perversitas est.*

In libello de duabus naturis cap. 6. m. p. 70. & 71. de propositionibus personalibus ita docet Chemnitius: *Multum laborarunt Scholastici, ut hæc prædicationes ad usitatos prædicandi modos reducerent. Quidam disputarunt, quando dico Deus est homo, non intelli-*

B

gen-

gendum esse, quòd Deus sit homo actu primo, sicut ipsi loquuntur, sed quòd actu secundo assumptum hominem habeat, gerat, sustentet, foveat, quòd Lutherus pronunciat hereticissimè esse dictum. Alij voluerunt esse prædicationem identicam, ut, Deus est ille, qui est homo; & ille qui est homo, est filius Dei. Alij disputarunt (hæc etiam neotericorum est sententia) esse prædicationem accidentalem, ut sicut Socrati accidit, ut sit canus, & prædicetur de ipso quòd sit canus: ita per accidens prædicari de Filio Dei, quòd sit homo. Sed Bonaventura omnium simplicissimè & rectissimè dicit, NON POSSE HANC PRÆDICATIONEM REDUCI AD ALIOS MODOS PRÆDICANDI CONSVETOS ET VSITATOS. Non enim esse prædicationem per essentiam, nec per inhaerentiam, nec per Causam nec per se, NEC PER ACCIDENS, sed esse modum prædicandi SINGVLAREM, (nos vocamus

Bonaventura l. 3. dist. 7. quæst. 1.

·B.

eamus inusitatum) propter hypostaticam  
unionem ad unum ἰϕις ἀμεινον quæ unio  
cum singularis sit, modum etiam predi-  
candi esse singularem, &c.

7. Iacobus Andreae in confut. di- <sup>7. Iacobū  
Andreae.</sup> spur. Iacob. Grynæi, p. 208. sic inquit:  
Cum de pane predicatur, quod sit corpus  
Christi, nequaquam figurata est, sed in-  
ter propriam & figuratam tertia quæ-  
dam Mystica predicatio est.

P. 218. Nemo Sacramentales predicatio-  
nes proprias esse, **UNQUAM** di-  
xit. Nam ideò Sacramentales dicun-  
tur, quia propria non sunt. Et si pro-  
pria essent, Sacramentales non diceren-  
tur.

P. 233. In predicationibus de perso-  
na Christi disparata, quæ formis specifi-  
cis differunt, junguntur: nec tamen præ-  
dicatio vel propria, vel figurata est, sed  
inusitata, hoc est, Aristoteli, Platoni  
& omnibus Philosophis ignota, ad-  
eòque stulta, ut Apostolus loquitur  
&c.



P. 236: Ad argumentum Grynæi,  
 (Disparata non de se invicem, tanquam  
 species de individuo, aut de specie ge-  
 nus, differentia, proprium aut acci-  
 dens prædicantur; Ergo necessario fi-  
 gurata, & per consequens metonymica  
 locutio seu prædicatio est.) ita respondet:  
 Non consistere hoc cornutum argumen-  
 tum ex eo patet, quòd tertius modus  
 prædicationis monstrari possit inter i-  
 dentiam & regularem. Etsi enim in  
 verbis cana idem de seipso nõ prædicetur,  
 videlicet corpus Christi de corpore Christi,  
 nec ratione subjecti panis, sit regularis  
 prædicatio: nihilominus tamen vera & re-  
 alis est prædicatio, sed inusitata, hoc est,  
 Philosophis ignota, quia etiam res, hoc  
 est, Eucharistia illis inusitata & ignota  
 fuit.

8. Selneccerus parr. 2. pædagog. p.  
 555. concedatur propositionem hanc, Pa-  
 nis est corpus Christi, regularem & u-  
 sitatam non esse, nec etiam figuram rei  
 absentis per eam designari, & proprietatem  
 singulorum vocabulorum retinen-  
 dam

dam esse. Sic facile tandem, cur inusitata nominetur prædicatio illa, videbunt, cum ad nullos modos vel regularis prædicationis, vel figuratarum prædicationum REFERRI possit, ita ut per omnia conveniat reliquis exemplis, qua figuris illis accommodantur.

9. Aegidius Hunnius lib. de Sacram. c. 14. p. 299. edit. VVitteberg.

9. Egidij  
Hunnij.

Patet, si illud integrum, (nempe in prædicatione Christi, hoc est corpus meum) evolvas, & initio panem consideres, dici de eo, quod sit corpus Christi, non (ut adversarij nostris Ecclesiis imputant) essentialiter, (differunt enim essentialis panis & corpus) sed Sacramentaliter, per unionem illam mysticam, atq; sic prædicatione nec propria, seu indentica, ut nec figurata, sed inusitata, quam nescit omnis Philisofphia humana.

P. 317. Possunt quippe (ut in prædicatione inusitata fieri solet,) disparata de se invicem prædicari verè & realiter, propter aliquem verè ac realis unionis modum, etsi non prædicentur propriè,

B 3

ubi

ubi vinculum predicationis, sive verbum substantivum (Est) in sua quidem genuina significatione accipitur, id est, non veritur in metonymicum significat, sed omnino realem modum  $\nu\acute{\nu}\alpha\gamma\epsilon\omega\varsigma$  designat, nec tamen predicationem de se gignit propriam, quæ ad aliquem modum regularem quadret; sed inutilitatem, & ex modo conjunctionis rerum unitarum æstimandam.

10. Georgij  
Mülj. a

10. Georgius Mylius in A. C. art. 10. fol. 15r. edit. Ien. anno 1604. post demonstratum  $\tau\acute{o}\epsilon\eta\delta\omicron\upsilon$  verborum coenæ, tale  $\pi\acute{o}\tau\iota\sigma\mu\alpha$  subjungit: Nascitur ex hoc proprio & simplice vocabulorum singulorum sensu, peculiare quoddam genus predicationis, quæ pars de parte predicatur, quod in locutionibus de persona Christi iidem fieri, sed alio tamen modo fieri cernimus. Quod genus locutionum neque figuratum, neque proprium, sed **INUSITATUM PLANE** appellamus, quia nullis humana rationis regulis congruit.

*gruit, nec exemplum in natura rerum simile ULLUM conspicitur.*

Idem volumine disput. primo disput. 8. ad sententiam Tossani, quâ statuit, *rectè, verè & propriè de Christo dici, hunc hominem esse DEVM, & hunc Deum esse hominem*, sic responder, thes. 11. *Si propriè dicitur, ad unam aliquam predicationum usitatarum speciem enunciatum hoc referatur, necessum est. Atqui ad nullam potest, quod est præclare alicubi à Bonaventura ostensum, cujus contrarium nemo Calvinista evincet. (Pro Calvinistis igitur pugnant, qui ad proprias reducere laborant.)*

Et rursus thes. 12. *Si propriè dicitur, sui similes infinitas alias predicationes habebit. Atqui ut unio naturarum ipsa est alteros est nãì ποικίλους: ita singularis est etiam iste predicandi modus. Ergo.*

B 4.

Ste.

11. *Stephani  
Gerlachij.*

11. *Stephanus Gerlachius in assertionem contra Busæum cap. 2. p. 25. Huic mysterio, inquit, nequaquam convenit regula illa Philosophica à Iesuita imperitè huc transcripta; Naturam omnem denominare subjectum vel suppositum cui unira est, sive accidentaliter, sive substantialiter. Quemadmodum enim unio hypostatica duarum naturarum in Christo, nec accidentalis, nec essentialis; sed planè singularis est: ita quoque hic modus predicandi, Christus homo est Deus & Deus, est homo nec essentialis, nec accidentalis, sed singularis & inusitatus, realis tamen est.*

12. *Valentini  
Schachtij.*

12. *Valentinus Schachtius in assertionem doctrinæ de coena Domini, ad argumentum, autè propriè aut figuratè dicitur Corpus de pane &c. respondet fol. 237. Antecedens non est completè universale, quia omittitur inusitata predicatio, cui cognata est Sacramentalis. Est igitur corpus de pane predicatur non propriè, non tamen statim inferri potest, quod*

quod figuratè de eo pradicetur. Sunt enim plures species pradicationum.

Et paulò post: Dicitur inusitata propter modum conjunctionis rerum unitarum, qui perinde inusitatus est, atq. unio duarum in Christo naturarum. Nam qualis est unio, talis est etiam pradicatio. Unio: est inusitata, quæ non habet exempla similia in tota rerum universitate. Ergò etiam est inusitata pradicatio.

Rursus foi. 241. Concedendum est non esse Unionem symboli & signati hypostaticam, sed sacramentalem, ideoq. etiam corpus de pane sacramentaliter pradicatur. Sed quod hac eadem etiam non possit dici aut nominari inusitata, adhuc sub iudice lis est. Quod adversarij negant, ego CUM OMNIBUS ORTHODOXIS affirmo.

13. Philippus Marbachius in re-<sup>13. Philippè</sup> futatione Pezelij de cœna Domini <sup>Marbachij.</sup>  
p. 28. hæc habet: Quæstio consideranda venit, An in hisce propositionibus, quæ ex verbis Christi extrruntur: Panis Eucharisticus est corpus Christi, Calix seu

B 5

vinum

*Vinum Novi Testamenti est sanguis Christi, prædicatio sit regularis & propria: an verò figurata? Ac Pezelius quidem duo statuit dissentientium à Calvinii dogmate genera: Vnum, quod corpus Christi de pane Eucharistico propriè dici contendat: alterum, quod Sacramentalem & mysticam prædicationem in verbis cænæ agnoscat quidem: pro figurata autem, à qua abhorreat, inusitatam substituat. A priori opinione nostros alienos esse, cum innumera eorum scripta, tum imprimis liquidò refutatio cacodoxi consensus testatur: in quoties inculcata est declaratio, nostros propriam prædicationem in illa propositione non agnoscere, ut mirum cuiquam videri possit, quæ fronte & conscientia vel opinionem hanc nostris ascribant; vel in ea oppugnanda aliquem laborem ponant. Proinde tria illa argumenta, quibus propriam prædicationem oppugnat Pezelius, desumpta à de-*

*finitio,*

definitione prædicationis regularis : à  
 proprietate prædicationis regularis :  
 à natura rerum disparatarum , cum  
 doctrina Ecclesiarum nostrarum mini-  
 mè pugnant. ( Pugnarent autem , si  
 nova opinio admittenda esset. )

Et iterum p. 30. Opponimus usi-  
 tata prædicationum distinctioni hanc  
 ex doctrina Philippi desantam dixere-  
 runt : Omnis prædicationis in scriptura sa-  
 cra aut est *VSITATA* , quæ sequitur  
 communem loquendi consuetudinem :  
 cujus apud Oratores & Poetas tam  
 Græcos quàm Latinos , consimilia infi-  
 nita dari possunt exempla : Aut est  
*INVSITATA* , nullis subiecta re-  
 gulis iudicij humani : Sed à Spiritu S.  
 tradita : quæ arcana religionis mysteria  
 non ratione examinanda , sed solâ fide  
 amplectenda , tradere voluit. *Usitatas*  
 porrò prædicationes in proprias seu regu-  
 lares , & figuratas distinguere licet : ita  
 ut omnis prædicationis aut vera sit aut falsa.

*Vera*



*vera, aut usitata aut inusitata. Usitata, aut propria & regularis, aut figurata.*

14. Davidis  
Rungy.

14. David Rungius in 1. ad Cor. diso. ii. thes. 26. de Sacramentalibus ita scribit: *Si queritur de forma istarum propositionum, quas quodam sensu ex scriptura desumas, & à Patribus & B. Luthero tractatas non ignoramus, respondemus, prædicationem in illis esse inusitatum, quæ ad nullam neq; regularium, neq; figuratarum enunciatorum legem congruat, sed peculiari mysterio patefacta, peculiare quoque rerum, verborum & prædicationum pondus importet.*

15. Zacharie  
Schilteri.

15. Zacharias Schilterus in catech. de cœna Domini p. 813. apertè scribit, *prædicationes Sacramentales esse referendas ad locutiones inusitatas, irregulares & Philosophia ignotas, quia disparata species de se invicem prædicentur, & quia veteres sæpissimè contulerint cum unione hypostatica.*

16. VVolfgã-  
gi Mam-  
phrasij.

16. VVolfgangus Mamphrasius in methodo de sacramentis p. 85. prædica-

*dicationes inquit, Sacramentales non sunt regulares, quia disparata species de se invicem predicantur, nec sunt tropica. Ergò sunt inusitata.*

17. Daniel Hoffmannus in Apol. <sup>17. Danielis Hoffmanni.</sup> contra Bezam. p. 134. antagonistam suum his verbis alloquitur: Egregius verò disputatores Beza, qui negas propositionem esse inusitatum, hoc est, à proprijs & figuratis exemptam, & cujusdam peculiaris generis &c.

P. 421. Firmiter statuo, quòd alia sit necessitas usitati, alia inusitati modi predicandi. Quid si igitur à te Beza dicerem subverti universum Christianismum, quòd modos loquendi, quibus preternaturalis personalis unio duarum naturarum in Christo, ejusque unionis consequentia enunciantur, adstringis ad necessitatem regulæ Aristotelicæ, ordini naturali accommodatæ & juratæ?

P. 494. Non primus hoc docui. Vivunt adhuc in Saxonia insignes Doctores D. Heshusius. D. Chytraus. D. Chemnitius, qui Sacramentales predicationes semper

semper negarunt regulares & proprias.

Vide etiam p. 514. ubi disputat contra Bezam, quod statuit, locutionem hanc, Panis est corpus reduci posse ad regularem accidentalem, quia pani accidat, ut sit corpus. Et p. 516. ad effectum Bezzæ, falsum esse inusitatas reduci non posse ad regulares, respondet: Non est falsum, sed verissimum. Quicquid enim ad regulares reducitur, ejus modum formaliter nosse oportet, ut cui speciei regularium exacte congruat, in reductione judices. Modus autem inusitatarum excedit captum hominum. Item: Quomodo possibile est, ad regulare revocari, quod irregulare est?

Similia docet Hoffmanni collega in Academia Helmstadiana, Caspar Pfsafradius, lib. de prædicationibus Sacramentalibus, in quo multa argumenta proferuntur, inusitatas ad nullum regularem prædicandi modum congruere.

David

18. David Lobeckius disput. 12. in <sup>18. Davidis</sup>  
 A. C. th. 151. Differunt, ait, plurimum <sup>Lobeckij.</sup>  
 vocum singularum significatio. & modus  
 predicationis, qua in propositione integ-  
 ra subjecto predicati fieri solet attribu-  
 tio. Exempli gratia, in propositionibus  
 de filio Dei, in cujus persona duo dispa-  
 rata conjunguntur, ut, Deus est homo,  
 verbum est caro, voces habent signifi-  
 cationem propriam, & tamen modus  
 predicandi non est proprius, usitatus  
 & regularis, sed inusitatus.

Thef. 132. Ita cum corpus Christi de  
 pane cæne Dominica predicatur, voces  
 propriè accipiuntur, sed modus predica-  
 tionis est singularis & inusitatus. Quo-  
 niam enim unio est singularis & mysti-  
 ca, quam ratio non capit, sed fides religi-  
 osa credit, non est mirum, si singularem  
 modum exigit predicandi: Imo per hoc  
 patet, quòd talis predicatio NON RE-  
 DUCATUR ad alios modos predi-  
 candi consuetos.

19. Tomo 4. disput. Marpur- <sup>19. Iohannis</sup>  
 gens. disput. 12. Johannes Schollius <sup>Schollij.</sup>  
 thef.

thes. 40. sic scribit: *Si quæras ex nobis; qualis sit modus predicandi in hoc axioma, deo factus est caro?* Respondeo, posse nos potius dicere qualis non sit, quam qualis sit. Cōmunis prædicationis modus non est. Nullum ei iā hīc fingere potes tropum, nisi mysterium admiranda huius unionis evacuare velis. Statuimus igitur in hac propositione affirmativè disparatū predicari de disparato, PRAETER CONTRA ET SUPRA NATURALIS RATIONIS DECRETUM modo singulari & inusitato; nec assentimur illis, qui legibus communis & usitatæ prædicationis eandem metuntur.

20. Balthasaris Mentzeri.

20. Tomo 1. disput. Gieß. Balthasar Menzerus, Theologus celeberrimus disp. 2. thes. 61. 62. & 63. mentem suam de præsentī quæstione sic exponit: *Ex unione personali resultant prædicationes personales, quæ neq; sunt usitate, sive regulares, quia NON QUADRANT AD ULLUM MODUM PRAEDICATIONIS LOGICAE*  
Neq;

*Neg. sunt tropica sive figurata, sed sunt personales.*

Thef. 71. *Qui scribunt, humanitatem accessisse ad τον λόγον, ideo videri instar adjuncti, illi tuentur Nestorianam παράστασιν, ex qua sequitur, Filium Dei humanum dici posse, non hominem.*

Thef. 72. *Stat sententia: Hic Homo est Deus. Filius Dei est homo: esse propositiones personales ex unione hypostatica deductas, quae sicut est singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis; ita omnino propositiones illae inusitatae & mirabiliter singulares appellari debent.*

Idem in respons. ad  
 Martini p. 502. *objectione*  
 Homo est Deus, *propositionibus;*  
 doctores *scribit: Scholastici*  
 multum sudarunt in istius pro-  
 positionis *ἀναλύσει & reductione ad pra-*  
 dicationes regulares, sed frustra. Non  
 enim quadrat ad leges Logicas com-  
 munes. Unde Bonaventura & non-  
 nulli alij fatentur ingenuè, fieri non pos-  
 se, ut ad usitatos & consuetos predicandi  
 modos

modos referatur. Quare libenter amplector & sequor Dn. Philip. Melanthon. de his propositionibus de filio Dei doctrinam quam lib. 1. & 4. Dialect. sua exposuit, ubi vocat predicationes inusitatas, in quibus predicetur disparatum de disparato. Et rectè ait Melanthon monendos hic esse juniores, ut reverenter Ecclesie matris sermonem imitentur.

P. 503. Non est  $\sigma\omega\mu\acute{\omega}\delta\eta\varsigma$  λόγῳ ꝑꝛædicatio essentialis, ut somniant Eutychiani; neque accidentalis, ut opinantur Nestoriani; sed personalis; hoc est, ut Melanthon appellat, inusitata.

21. Melanthon  
Hafenrefferus  
vi.

21. Matthias Hafenrefferus in commentario. 3. loco 2. ad quaestiones, *Quales sunt predicationes, Homo est Deus, Deus est homo:* respondet: Non sunt identicae. Nec sunt essentialis, nec accidentales, quas in scholis, illas univocas appellant, veluti Petrus est homo, Petrus est animal, has Paronymas seu denominativas, ut Paries est albus, Priscianus est Grammaticus: Quia unio nec est essentialis, nec accidentalis: Sed

*Sed sunt predicationes singulariter personales, in omnis naturæ cursu INUSITATISSIMÆ.*

22. Christophorus Pelargus in schola <sup>22. Christophori Pelargi.</sup> pœnitentiæ p. 328. edit. Lips. anno 1609. notum esse, ait propositionem illam esse inusitatam, & in Theologia Sacramentalem, in qua de pane predicatur, quod sit corpus, & de calice sive vino, quod sit sanguis, admirando certè atq; inusitato omnibus sôphis loquendi more.

23. Iohannes Piscator disp. 9. super <sup>23. Iohannis Piscatoris.</sup> Formulam Concordiæ in Academia Jenensi, de prædicationibus personabilibus quondam ita docuit th. 45. Ratio prædicationum istarum regularis nō est, aut usitata, neq; etiam tropica aut figurata; siquidem AD NULLUM MODVM PRAEDICATIONIS USITATAE AUT LOGICAE REFERRI POSSUNT: sed propositiones ejusmodi omnes singulares planè ac inusitatas esse cum Ecclesia orthodoxa statuimus.

C 2

Michael



24. Michael-  
lis Schaeferi.

24. Michael Schaefferus in Acro-  
poli disp. 1. p. 35. thes. 10. & seqq. con-  
sensum suum apertè indicat. *Non  
sunt* (inquit de prædicationibus per-  
sonalibus) *accidentales sive* (ut schole  
loquuntur) *Paronyma: quemadmodum*  
*Scholastici quidam pro hac sententia tan-*  
*quam pro aris & focis depugnant, Homi-*  
*nis voculam de Filio Dei prædicari deno-*  
*minativè: veluti cum dico: Paries est*  
*albus, vel Animal est oculatum. Nos*  
*suprà ostendimus, Filium Dei non consti-*  
*tuere unam cum Humanitate per acci-*  
*dens; quemadmodum paries cum albedi-*  
*ne, aut Animal cum oculo vel capite.*  
*Proinde nec eodem modo Homo de filio*  
*Dei prædicabitur, denominativè scilicet*  
*& per accidens, quo modo de pariete albe-*  
*do, aut de animali capitatum vel ocala-*  
*tum enunciatur.*

*Adde quòd Homo de Deo enunciatus*  
*non communem vel universalem, sed sin-*  
*gularem rem significat. Equaliter et-*  
*iam recipiuntur hæc propositiones: Deus*  
*est Homo; & Homo est Deus. Ac utro-*  
*vis.*

biq̄, termini Deus, Homo, eandem signifi-  
 cationem retinent: manetq̄, inconversa  
 & non conversa idem predicationis ge-  
 nus. Quorum omnium nihil in predica-  
 tione Accidentali locum habet: sicut in  
 omni vera Philosophia notissimum est.

Et cum in predicatione Accidentali  
 impossibile sit Accidens Subjecti esse ipsum  
 Subjectum; tamen in predicationibus de  
 Christo, Homo non accidit Filio Dei sed  
 est ipse Filius Dei personaliter, Matth.  
 cap. 16, v. 13. & 16. Germen Davidis est  
 Iehovah Ier. 23, v. 5. & 6. adeoq̄, secundus  
 Homo (qui factus est in Spiritum vivifi-  
 cantem,) est ipse Dominus de caelo 1. Cor.  
 15, v. 45, 47. In his igitur propositionibus,  
 sicut etiam consimilibus, Deus est Homo:  
 Homo est Deus: vocabulis Hominis, se-  
 cundi Hominis, Germinis Davidis, Filij  
 Hominis, significatur id, quod ex Maria,  
 in Deum assumptum est. Vocabulis verò  
 Iehova, Dei, Domini, Filij Dei, secunda  
 Trinitatis persona, ὁ λόγος, designatur.  
 Atq̄, ita in his enunciationibus persona  
 C 3 singu-

*singularis de singulari Natura & contra, predicatur.*

Et tandem concludit thes. 116. *Cum igitur propositiones. Deus est Homo; Homo est Deus, non tantum à consuetio Natura, omniumq; rerum ordine, verum etiam ab usitatis prædicationum differentijs eximantur; idcirco prædicationes has de Christo Theologi appellarunt INUSITATAS. Quemadmodum Dominus apud Ieremiam 31. v. 22. ait: Creabit Dominus Novum super terram: Fœmina circumdabit Virum.*

25. Henrici  
Eckardi.

25. Henricus Eckardus in analysi Epistolæ Canonice Iohannis disp. 4. quæst. 3. th. 29. p. 75. itidem negat, personales esse accidentales. Sic n. scribere non dubitavit: *Qua accidentaliter de se invicem predicantur, inter illa quoq; est connexio accidentalis. Humanitatem autem τὸν λόγον vel τὸν λόγον humanitati accidentaliter connexum dicere, Nestorij non orthodoxi Theologi vox est. Vbi repetimus, quod supra à nobis dictum est, accidentiâ non in quid, sed in quale predicari.* Es

Et vicissim thes. 31. & 32. Dicenda ergo erunt ex causa quidem sua personales, eò quod veritas huiusmodi propositionum causa non est alia, quam persona, in cuius unitate utraq; natura subsistit: ex ipso verò predicationis genere & modo inusitata, quoniam à communi natura rerumq; & prædicationum omnium ordine recedunt. Laudamus itaq; candorem Durandi, qui propositiones istas non posse reduci ad alios consuetos & usitatos prædicandi modos, disertè fatetur, eò quod nec sunt per essentiam, nec per inherentiam, nec per se, nec per accidens. Ut enim se res habet in esse, ita etiam in predicari. Vnio est planè singularis, & hinc predicationes quoq; sunt singulares, quæ ex illà sequuntur.

26. Laurentius Lalius in Exegefi articuli de persona Christi c. 10. p. 59. de modo prædicandi sic loquitur: iste haetenus peculiari nomine & voce Ecclesia dictus fuit inusitatus; quia scilicet nec ad naturam, nec ad rationis leges quadrat. Nec essentialis, quia Homo essentialis Dei nunquam ingreditur, nec proprie Deus dici potest.

26. Laurentius  
Lalij.

neq; accidentalis ; siquidem alienum est ab omni Theologia, hominem in unitatem persona à Filio Dei assumptum inter accidentia persona referre. Tropus autem, quo fit permutatio nominum, univrsum incarnationis mysterium tollit & evertit.

Manet ergò prædicationis modus ab his omnibus diversus & singularis, & propterea scholis hætenus inusitatus dictus: quem si plenius exprimere velis, personalem dicere potes. Homo enim cum Deo necessentiâ seu naturâ, nec accidente unum est: sed Persona. Cum autem omne iudicium Logicum, ex affectione argumentorû seu extremorum alicujus propositionis inter sese petendum sit, tanquam ex proprio & interno principio; itaq; modus secundum mutuam affectionem hominis & Dei in unitate persona Christi, personalis, in genere singularis & inusitatus dicendus erit.

Tandem, ut appareat idem doceri etiamnum in hac Academiâ, idcirco subjungam aliquot Testimonia

nia

nja nostrorum Theologorum, præceptorum summa mihi observantiâ colendorum, quos ultimùm recenseo, ut illorum autoritate & gravitate magis premantur adversarij, & sic fortis quidam stimulus in animis ipsorum relinquatur. Sic autem scribit.

27. Leonhartus Hutterus disp. 8. <sup>27. Leonhartus Hutterus</sup> in A. C. thes. 58 & 61. <sup>ti Hutterus</sup> *Quæri & controverti solet de natura prædicationis, Vilitate an inusitata ea sit, cum Homo Deus & Deus Homo esse dicitur. Ecclesia verò orthodoxa hujusmodi prædicationes ad modum loquendi inusitatum semper retulit, quia causa ipsa, nempe unio hypostatica, cujus respectu prædicationes istæ veræ ac reales esse creduntur, est inusitata, ἐξ αἰετος ἡγι μὴ ὀνόματι.*

Idem in Formula Concordiæ art. 7. quæst. 3. p. 634. commendat hanc regulam Theologicam. *Prædicationis in mysterijs sequitur naturam unionis: Et, Qualis hic est unio extremorum nimirum subjecti & prædicati: talis etiam in-*

C 5

de emon-

de emergit predicationis modus.

P. 636. viciosissimum consequens. Negata predicatione figurata mox concedendum esse propriam, ut exempli loco Propositiones de Christo, quando Deus de Homine, Homo de Deo, & sic disparata de se mutuò predicantur, non sunt tropicæ aut figuratæ, non tamen propterea sunt propriæ & regulares: id quod vel saniores ex Sacramentarijs ultro largiuntur. Quæ ergò hæc fuerit malicia idem de Sacramentalibus propositionibus nolle admittere? Deinde in argumento est *ἰλλήτης τῆς διαπέρεως*. Non enim sufficiens est enumeratio modorum prædicandi: neq; sequitur: Non est prædicandi modus figuratus. E. erit proprius & regularis. Nam dari potest modus tertius, quem ignorat Aristoteles & omnes Logici, quatenus Logici, nempe modus inusitatus.

28. Friderici Balduini. 28. Fridericus Balduinus, Adfinis meus plurimum honorandus con-

consensum suum satis exposuit disp.  
 5. in articulis Visitatorijs, ubi *th. 27.*  
 & seqq. hæc leguntur : *Paucula que-*  
*dam de prædicationis istius qualitate mo-*  
*nenda duximus, circa quam varia va-*  
*riorum præstò sunt sententia. Haud pau-*  
*ci enim laborarunt, ut ad prædicationes*  
*usitatas illam reducerent, ut idem sit*  
*quando dicitur, Deus est homo, id est, De-*  
*us assumptum hominem habet, quod ta-*  
*men hereticissimè dictum esse B. Luth-*  
*erus asseverat. Et qui possent ad ul-*  
*lum ex 5. prædicabilibus modum re-*  
*ferri, cum de duarum rerum unione ex-*  
*plicentur, & in hunc sensum resolvenda*  
*sint; hic homo non tantum homo est, sed*  
*simul etiam Deus: Divinitas enim &*  
*humanitas in unam hypostasin unite*  
*sunt. Alij voluerunt prædicationem iden-*  
*ticam. Per plurimi accidentalem es-*  
*se contendebant, ut eadem sit prædicatione,*  
*quando dicitur Deus est homo, ac si ex-*  
*empli gratia, de Iohanne dicatur, quod*  
*sit Evangelista.*

Quo



Quo pacto verò unionem illi defendere velint, ipsi viderint, *cùm ex præcedentibus satis manifestum sit, stante hac prædicatione, realem unionem corructe, quia qualis quæq; res est, talis de ea prædicatur veritas, teste Nazianzeno apud Theodoretum. Quæ cùm ita se habeant, missis illis opinionibus tanquam falsis & futilibus, rectissimè cum reformata nostrâ Ecclesiâ dicimus, non posse hanc prædicationem REDVCI ad alios modos prædicandi consuetos, atq; ideo singularem & inusitatam potius appellandam, veram tamen & realem, non per communicationem idiomatum, uti ineptè quidem loquuntur, sed per ipsissimam naturarum communionem.*

29. Wolfgangi Franzij.

29. Wolfgangus Franzius disp. XI. in A. C. quæst. 5. thes. 85. calculum suum nobis adijcit verbis hisce satis perspicuis: *Sicut modus prædicandi inusitatus in mysterio incarnationis rectissimè statuitur, ideo quod modus unionis personalis duarum naturarum in Christo sit*

fit inusitatus, incomprehensibilisque: ita quoque in mysterio Cene Dominice Sacramentalis predicandi modus itidem inusitatus rectissime dicitur, siquidem modus unionis sacramentalis panis & corporis, vini & sanguinis in usu, rationi humanae prorsus est incomprehensibilis & ignotus. Et hinc utraq; predicationes, tam in mysterio incarnationis, quam in mysterio epulæ Dominicæ, Aristotelis, & Porphyrio, & toti Philosophorum scholæ fuerunt & sunt ignotæ.

30. Iohannes Försterus in probl. ex v. par. Catech. decad. i. probl. 4. th. 28. prædicationem Sacramentalem diserte inusitatam appellat, siquidem disparatum de disparato enuncietur, propter unionem realem quidem, sed inusitatam, cujus gratiâ etiam prædicatione ista merito inuitata dici possit ac debeat.

Et hæc sunt præcipua testimonia orthodoxorum Theologorum, quæ hoc quidem tempore inter alia impedimenta colligi potuerunt, ex quibus de sententia Ecclesiæ quoad prædicationem

30. Iohannis Försteri.

dicationes personales & sacramen-  
tales judicare est facilimum. Hæc  
enim quatuor axiomata illis com-  
prehenduntur.

Quatuor  
axiomata  
Theologi-  
ca de præ-  
dicationi-  
bus mysti-  
cis.

1. quòd nequaquam sint prædica-  
tiones propria, usitatae aut regulares,  
sed

2. inusitatae & omnibus proprijs  
contradistincta, idq;

3. non tantum ratione unionis sus-  
pernaturalis, sed etiam, & quidem po-  
tissimum ratione modi prædicandi,  
qui adeò singularis & inusitatus sit, ut  
non modo non exactè quadret ad ullam  
prædicandi rationem propriam, aut quin-  
que prædicabilibus respondentem, verum  
etiam.

4. ut nec quidem reduci possit ad  
illos consuetos enunciationum modos  
Logicos, quæ expressa verba sunt Chè-  
nitij, Selnecceri, Mylij, Balduini &  
aliorum.

Quæ cum ita se habeant, sequitur  
certè infallibiliter, à lingua & mente  
Ecclesia recedere omnes eos, qui prædica-  
tiones

tiones dictas quoad modum enunciandi  
 haud inusitatas, sed cum Beza & alijs  
 proprias regularesq̃, & quidem in specie  
 accidentales esse, & ad consuetum predi-  
 candi modum Paronymicum rectè redu-  
 ci, non erubescunt asserere. Sanè haud  
 videntur memores fuisse moniti A-  
 postolici, quod Timotheo suo præ-  
 scripsit 2. Tim. 1. 13. ὑποτύπωσιν ἐχού-  
 σαιόντων λόγων: Formam habe sanerum  
 verborum, quæ à me audisti. Quod præ-  
 ceptum tam sanctè & religiosè à no-  
 bis observari debet, ut si maximè no-  
 va quædam phrasis plausibiliter de-  
 fendi possit; attamen si à consuetis  
 Ecclesiæ formulis loquendi discre-  
 per, silentio potius sit involvenda,  
 quàm publicè proponenda. Fieri e-  
 nim facilè potest, ut si ab Ecclesiæ  
 lingua, paulatim etiam à mente di-  
 scedatur, juxta veterum aphorismum  
*Mutato genere loquendi mutatur  
 genius docendi*; quod sic exprimit Poe-  
 ta.

Qui

Qui fingit nova verba, simul nova  
dogmata gignit. Cujus regulæ ex-  
emplum Clarissimum, non sine la-  
crymis considerandum præbuit  
olim monstrosa illa Theologia  
Scholastica.



MEMBRUM II.

Quòd improbabilis & falsa sit  
opinio, si prædicationes personales & Sa-  
cramentales, accidentalibus proprijs  
annumerentur.

**A**Rgumentis benè multis id de-  
monstrari posset, sed cùm brevi-  
tatem hîc scèter, præcipua tantùm  
apponere placet.

1. *A Communi appellatione, quâ di-  
cuntur inusitata.* In omnibus purio-  
rum scholarum libellis Dialecticis,  
& omnibus compendijs Theologicis  
legitur, tria dari prædicationum ge-  
nera. 1. *proprias*, 2. *figuratas*. 3. *inusita-  
tas*;

ta, quò referuntur personales & Sa-  
 cramentales. Inusitatæ autem dicun-  
 tur *nò tantùm ratione rei mysticæ*, siqui-  
 dem hoc sensu omnes prædicationes  
 de articulis & mysterijs fidei forent  
 inusitatæ, quod nostritamen nunquã  
 affirmarunt: sed potissimùm *ratione  
 modi prædicandi*. Hinc communiter  
 ita describuntur, *quod ad nullum usita-  
 tum vel regularem modum enunciatio-  
 nis Logicæ quadrent*, eamq; ob causã  
 inusitatæ appellentur. Per illas enim  
 exprimitur tale mysterium, quod  
 ὁμολογούμενος μέγα, 1. Tim. 3. v. 16. quod  
 absconditum, Rom. 16. v. 25. Col. 1. v. 26.  
 27, quod rationi humanæ stultum vi-  
 detur 1. Cor. 1. v. 18. 19. & 23. quod singu-  
 lariter mirabile & mirabiliter singu-  
 lare est, ideoq; omnem mentem, &  
 comprehensionem humanam altis-  
 simè transcendit.

Ex quo sequitur, prædicationes pro-  
 prias & inusitatas secundum com-  
 munem Nostratium sententiam esse  
 species oppositas. De re autem unã co-  
 demq; respectu opposita verè affir-

*Prædicatio-  
 nes inusita-  
 tæ & pro-  
 prie sunt  
 species oppo-  
 sitæ.*

D

mari

mari nequeunt. Si igitur prædicationes personales *ratione modi prædicandi* sunt inusitatae nec consentiunt cum regulis Logicis ex communi cursu & quotidiano usu extractis, quod dicunt orthodoxi, non rectè poterunt annumerari proprijs & usitatis, quod dicunt adversarij. Sic enim *inusitatum foret usitatum, irregulare regulare; extraordinarium ordinarium; supernaturale & mysticum, naturale vel Physicum; hoc est, ipsum non ipsum* quæ turpissima est *ἡ ἀπορρηγμένη ἀντιφάσις.*

II. *Ad disparatis extremis.* Omnis prædicatio propria & usitata, est terminorum consentientium. Nulla enim in Logicis occurrit regula, per quam una substantiarum disparatarum de altera affirmetur. Nam fundamentum affirmationis est consensus. Disparata verò planè sunt dissentanea. Ideoq; Logicus illa negando, non affirmando disponenda esse docet.

*Vbi ergò prædicantur substantia verè disparata; ibi nexus terminorum planè est*

est inusitatus, & ab omni proprio predi-  
candi modo alienissimus, id quod infinitis  
Logicorū testimonijs probari potest.

At verò in propositionibus personali-  
bus & Sacramentalibus substantia verè  
disparata invicem enunciantur, ibi nē-  
pè. Deus & homo; hīc panis & corpus;  
vinum & sanguis Domini. Hinc ab  
omnibur orthodoxis vocantur *pre-*  
*dicaciones disparatorum*: & mascule Personales  
& Sacramen-  
pugnatur contra Calvinianos, extre-  
ma disparata esse negantes. Quamvis tales vocan-  
enim convenient ratione tur pradi-  
Deus & homo, & ratione unius Sacra- caciones di-  
menti panis & corpus, Vinum & san- sparatorum.  
guis Domini: differunt tamen & verè  
disparata semper manent ratione  
*phoresis*.

Sequitur ergò in victa conclusio:  
*Nexum terminorum in predicationibus  
personalibus & Sacramentalibus planè  
inusitatum, & ab omni proprio predican-  
di modo esse alienissimum*

Excipiunt autem, *disparata non qui-* Exceptio,  
*dem in abstracto attamen in concreto or-* quod dispa-  
*dinarie predicari posse; ut cum dicitur; rata predi-  
*corpus est animatum.* cari possit.*

Re-



Respondeo 1. substantia disparata de aliâ verè disparatâ nûquam prædicatur ordinariè, sive in abstracto, sive in concreto sumas, quæ communis est Logicorum regula, ut mirum sit, quendam ad eò tyronem & hospitem esse in Logieis, ut hoc ignoret, quod tyro novisse poterat & debebat. Utrobiq; enim illa dissentiunt, quæ de causa dispositionem negativam requirunt & nullam affirmativam admittunt. Neq; ex universo naturæ circo exemplum proferri potest contrarium.

Nam quod 2. attinet hanc propositionem: *Corpus est animatum*, simpliciter nego, hîc disparatum prædicari de disparato. Quamvis enim vulgò & exotericè nominetur enunciatio partis disparatæ de disparata, talis tamen nequaquam est, si accuratè consideretur. Ut enim hîc non disceptem, an corpus & anima verè sint disparata, de quo alibi, vel hoc tantum perpendi velim, quod de corpore non prædicetur anima, sed animatio: non pars ipsa, sed partis

*Non prædicantur verè disparata, cum dicitur Corpus est animatum.*

partis receptio vel inhæſio, non ſecus ac cum corpus locatum dicitur, non locus, ſed locatio, *quoad rem* prædicatur. Recipiens autem & recipere termini conſentanei ſunt, non diſſentanei, multò minus diſparati.

Vnde apparet 3. quanta ſit differentia inter hanc, *corpus eſt animatum*, & illam, *Panis eſt corpus*. Hic ipſa ſubſtantia diſparata prædicatur de alia, quod ibi nequaquam fit. Et quidem prædicatur in abſtracto, nimirum *Paranymico*. Si enim abſtracti termini ſunt *corpus & anima*, eaq; propter non cõbinantur, neq; ordinariè dicitur, *corpus eſt anima*; certè non video, cur nõ & abſtracta nominari queant *Panis cenæ & corpus Domini*, & tamen dicitur, *Panis eſt corpus*. Cùm igitur diſparatæ ſubſtantix in abſtracto Paranymico nunquam prædicentur ordinariè, fatentibus adverſarijs, & verò hoc contingat in prædicationibus ſacramentalibus, utiq; regulares & propriæ non erunt.

4. Diſtinctæ ſunt prædicationes:

D 3

Homo

*Homo est Deitas; Homo est Deus: Homo est Deificatus.* Primam non admittimus: Tertiam paronymicam, sed secundam inusitatum dicimus, quoniam ibi dissentanea affirmando disponuntur. Non enim homo dicitur tantum *Deificatus*, sicut corpus animatum, quæ prædicationes usitatae sunt: sed homo etiam dicitur *Deus*, cum corpus non dicatur anima.

*Homo Christus non tantum dicitur deificatus, sed etiam Deus.*

Si igitur quæras, *num vocabulum Dei sit abstractum*, respondeo *esse abstractum Paronymicum*. licet sit concretum synonymicum. Abstrahitur enim ex voce deificari, sicut anima ex voce animari. Prædicantur ergo substantiæ verè disparatæ in abstracto Paronymico, qualis prædicandi modus & omni exemplo regulari destituitur, & ab omnibus Logicis ignoratur. Quamdiu igitur stas thesibus theologica prædicari solitas *disparatas*, & quidem *non in concreto Paronymico*, sicut dicitur *corpus est animatum*, sed in abstracto Paronymico, ac si diceretur, *corpus est anima*, tamdiu firma quoque;  
&

& inconcussa erit nostra sententia.  
*predicationes istas nullatenus esse proprias, regulares aut ordinarias.*

3. *A questione, in quam fit predicatio.*

Accidentalis fit *ἐν τῷ ὁπωσδήποτε* vel in quale si potissimum de unitis substantijs sermo sit. Non n. designat *τὸδε*, h. e. essentiam vel personam, sed *τὸδε ἐν τῷδε*, fatentibus adversarijs. Et prædicata Paronymica non dicuntur illud ipsum esse, cui adsunt vel insunt, cum nihil ita alteri adjungatur, ut sit ipsum, cui adjungitur, nec vicissim.

At verè *predicationes personales non in quale, sed in quid* fiunt, & prædicata illarum dicuntur id ipsum esse, cui adjunguntur. Non enim quærebat

Christus, *qualem sed quem* me dicunt homines esse filium hominis? *Matth.*

16. vers. 13. & respondebat Petrus: *Tu es filius Dei vivi, vers. 16.* Ita etiam prædicationes Sacramentales non in quale, sed in *quid* fiunt:

Non enim dicitur qualis, sed *quid est panis Eucharisticus*, atque tum

D. 4

respon-

*Prædicationes personales & sacramentales non fiunt in quale.*

respondetur, esse ipsum corpus Domini, quod pro nobis in mortem traditum est. Cum igitur accidentalis prædicationis, quâ unitæ substantiæ prædicatur ex adversariorum concessione, nota & proprietas essentialis sit *quæ sit in quate*, & verò hæc locum nullum habeat in prædicationibus personalibus & Sacramentalibus, rursus invictè concluditur, *accidentales non esse*. De quo enim negantur propria essentialia, de illo etiam ordinariè negandum est proprium subiectum.

Vnde denuò magna oritur discrepantia inter illam; *Corpus est animatum*, & hanc: *Deus est homo*. Illa enim *in quate* fit, ideoq; accidentalis rectè dicitur, hæc verò *in quis*, propterea accidentalis nequit appellari. Cum autem dicitur: *Homo est deificatus*, sicut *corpus est animatum*, tum fit prædicatione *in quate*, & hæc paronymicis rectè annumeratur.

IV. *A modo efferendi.* Quæcunque unita

unita *παρωνύμια* & accidentaliter præ-  
 dicantur, illorum alterum dicitur tā-  
 rùm de altero in casu recto & quidē <sup>Substantia</sup>  
 denominativo, alterum non item. <sup>unita prædi-</sup>  
 Sic ferrum *ignitum* dicitur vocabu- <sup>catur nō-</sup>  
 lo Paronymico, *non ignis*, quod voca- <sup>nisi vocabu-</sup>  
 bulam est Synonymicum: Sic corpus <sup>lus parony-</sup>  
*animatum* dicitur, *non anima*; mate- <sup>mici.</sup>  
*ria informata*, *non ipsa forma*. Non au-  
 tem licet reciprocare, & in casu re-  
 cto dicere, *ignem esse ferreum*, vel *ani-*  
*mam corpoream*, vel *formam materia-*  
*ram*, sed murandi sunt casus, & dicen-  
 dum, *ignis est in ferro*, *anima in corpore*,  
*forma in materia*. Contrariū fit in præ-  
 dicationib9 personalibus Prædicatur  
 ibi substantiæ disparatæ *terminis syno-*  
*nymicis*, cū homo non tantūm dei-  
 ficatus, sed & *Deus* dicatur, retrōque  
 Deus non tantūm *ἐνανθρωπήσας*, sed  
 & *ἄνθρωπος* nominetur, quod vicif-  
 sim prædicationum inusitatarum &  
 ad accidentalem prædicandi modū  
 non quadrantium infallibile signum  
 & indicium est.

D §

Neq;

*Exceptio cū  
responsione*

Neq; momenti quiddā habet exceptio, *illam*, Homo est rationalis; *denominativam fore, quia predicatum sit vocabulum Paronymicum & adjectivum*. Non enim sufficit ad prædicationem accidentalem modus efferendi denominativus, sed requiritur etiam *nexus accidentalis*, ut nempè prædicatione sit extra essentiam subjecti, quod cum non fiat in prædicationibus differentiarum, idè *purè accidentales* dici non debent. Interim tamen negari nequit, quòd cum denominativis conveniant *ratione modi efferendi*, idèq; non incōvenienter *mixtæ* dici possent, nempè univocæ vel essentialis, ratione rei & extremorum; paronymicæ & denominativæ, respectu modi efferendi, quod haud obscurè innuit Philosophus, quando differentias ait prædicari *in quale quid*.

*Differentia  
prædicatur  
in quale  
quid.*

V *Reciprocatione*. Prædicationes accidentales præsertim de substantijs unitis factæ, manentibus iisdem verbis, & eodem verborum sensu, nunquam sunt reciprocæ. Cū enim

nim

nim dicant *τὸ δὲ ἐν τῷ δὲ*, talis certè per-  
 mutatio institui nequit ut unū idēq;  
 rei iidem uni eidemq; jam adjunga-  
 tur, iam subijciatur. Ita dicitur qui-  
 dem: *Homo est doctus*, sed non contrā,  
*doctus est homo*, licet dici possit; *Quod-*  
*dam doctū est homo*. Sic dicimus; *ma-*  
*teria est informatā*, verūm non retrō,  
*informatā est materia*, sed, *quoddam in-*  
*formatum est materia*. Ira verò statim  
 mutatur verborum sensus. Cū n.  
 Materia informatā dicitur vox (*infor-*  
*mata*) concretum Paronymicum est,  
 & notat accidens prædicabile; quan-  
 do autem dicitur; *quoddam informa-*  
*tum est materia*, tūm vox (*informatum*)  
 Substantiam notat, non accidens  
 prædicabile. Quapropter firma stat  
 propositio nostra, de inconvertibili-  
 tate accidentalium.

Subsumo jam: *predicationes persona-*  
*les manentibus iisdem verbis, eodemque*  
*verborum sensu, verissimè reciprocantur.*  
 Deus n. dicitur esse homo, & contra,  
 homo dicitur esse Deus neq; vox ho-  
 minis aliā significationē hīc acquirit,  
 quā

Num accide-  
 tales reci-  
 procentur.

Predicatio-  
 nes persona-  
 les. recipro-  
 cantur.



quàm ibi habuit, sed utrobiq; eandē retinet; Ideoq; vicissim concludo, ē classe Paronymicarum vel accidentalium exemptas esse.

VI. *A defectu firmae rationis.* Temerarium est à communi Theologorum sententia recedere, nisi gravissima ratio nos cogat. Nullam verò talem hactenus pars adversa protulit. Quas

*Rationes  
dissentientiū  
Prima.*

1. Dicunt. *se Logicis terminis respondere velle Calvinianis Logicā abutentibus.*

Respond. Non improbat hoc institutum, nisi subsit periculum, quod hīc contingit. Receditur enim à lingua orthodoxorum, & acceditur ad phrasas Calvinianorū, qui ipsi inusitatas reiiciunt, Deum & hominem disparata esse negant & accidentaliter prædicari adfirmant, uti ex *Goelenij Problematibus*, alijsq; scriptis ad oculum patet. Quis enim ignorat, hanc ipsam *Beza* fuisse sententiam, quam nunc ij, qui tamen orthodoxi volunt videri, defendunt? Expressè n. scripsit, *Non est modus inusitatus predicandi,*

*Dissentientes accedunt  
ad castra  
Calvinianorum.*

cūm dicimus: *Deus est homo: Verbum caro factum est, sed naturarum conjunctio est prater naturæ regulas.* Ita etiam illi inusitatas prædicationes concedunt, tantūm ratione unionis *supernaturalis*, non autem ratione modi prædicādi, quem nequaquam inusitatum dicunt, sed proprium & accidentalem. Mirum, quod non etiam utantur blasphemio illo simili Bezano, à Minotauro desumpto.

Hinc ergo quis intelligit, causas subesse gravissimas cur pro inusitatis pugnandum sit, nempe ut à Zuinglianorum factione nos evidentius separemus ipsosq; melius refutare valeamus. Stantibus n. inusitatis, majestas mysteriorum sublimiùs extollitur, & rationis scrutinium faciliùs compescitur. Si autem modus prædicandi usitatus & vulgaris dicatur, certè mysteria non parum vilescunt, & instructuosis humanae rationis speculationibus, profanisque mysteriorum cum communi rerū ordine collationibus ansa non obscure subministratur, præsertim cūm disputator aliquis scribere, absurdene dicam an impiè? non erubuerit, *corruere illud*, quod contemptim vocat *πολυβούλητον*, *Unio hæc* (personam  
legit

lem intellige.) est *μονότροπος*, ἔξαιρέτως  
 ὑπὲρ ἕν καὶ ὑπὲρ λόγον. Si corrui hoc  
 certe mox etiam corrui istud Apostolicū,  
 quod sit *ὁμολογημένον μέγα τῆς εὐσεΐας*

*Non corrui  
 istud. Unio  
 personalis  
 est μονότρο-  
 πος.*

*μύστηριον* 1. Tim. 3. v. 16. Corrui istud Petri-  
 nū, quod angeli gestiant *παρακύψαι* 1. Petr.  
 1. v. 12. Imò corrui antiqua & tot seculis cō-  
 tinuata Ecclesiæ fides, quā *ἔνωσις ὑπὸς ἀπ-  
 κῆ* pro mysterio planè singulari, & univer-  
 sam rationem transcendente, ab omnibus  
 Christianis fuit habita: Stante autè hac fi-  
 de, stabit etiam & nequaquam corrui ille  
 sanctorum Patrum de unione *μονότροπος*  
*καὶ ἔξαιρέτως* aphorismus longè verissimus.  
 Imò stabit etiam illa altera Ecclesiæ thesis,  
 de prædicationibus inuisitatis. Cum enim  
*μονότροπον* sit, substantias toto genere dif-  
 ferentes, Deum nimirum & hominem, ad  
 unius personæ constitutionē cōcurrere, se-  
 quitur etiam, *μονότροπος* esse prædicatio-  
 nes, quibus istæ disparatæ substantiæ affir-  
 mando disponuntur, cum in universa natu-  
 ra nullum unquam exemplum simile vel o-  
 lim repertū sit, vel etiam nū reperiri possit.

*Secunda.*

2. Prætendunt, definitionem *Paronymicarum*  
 vel *accidentalium prædicationum* convenire *perso-  
 nalibus & Sacramentalibus*. Meritò igitur *acciden-  
 tales dici*. Sic autem illam describunt, quod sit  
*prædicationis, in qua tale quippiam de subiecto præ-  
 dicatur*

dicatur, à quo subjectum vel propter conjunctionem aut unionem, aut aliam aliquam habitudinem denominatur, nec tamen est de essentia subjecti propositionis, sed importat aliquid extra rationem subjecti, de quo predicatur.

Respond. Est imperfecta descriptio. Nō enim sufficit ad constituendam accidentalem propriam, in prædicationibus substantiarum quòd predicatum sit extra subjecti essentiam, sed requiritur insuper.

1. ut istud predicatum contingens cum subjecto consentiat, non dissentiat aut disparatum sit. Omnia enim dissentanea, quamvis sint extra subjecti essentiam, accidentaliter tamē prædicari nequeunt; quoniam secundum propriam & regularem rationem Logicam negando, non affirmando disponuntur.

Requiritur  
accidentalis  
proprie, cū  
prædicantur  
substantiæ.

2. Vt prædicatio fiat in quale.

3. ut predicatum sit concretum Paronymicum, non synonymicum. Alias enim in quale non fit enunciatio, quam ob causam differentia, licet subjecti essentiam ingrediantur, attamen cū in concreto tantum Paronymico de suis speciebus dicantur, in quale quid prædicari à Philosophis statuuntur.

Omnia hæc requisita desunt in prædicationibus personalibus & Sacramentalibus. Quamvis enim prædicata sint extra subjectorum essentiam, non tamen consentanea sunt, sed disparata non in quale, sed in quis

& quid fiunt; non concreta paronymica sunt, sed syno-  
nymica, & quidem reciproca, ut eodem sensu manente,  
nunc subjecti, nunc prædicati vicem teneant.


Quæ omnia sunt certissima τεκμήρια, prædicationes illas mysticas accidentalibus proprijs annumerari non posse, & quidem nec ratione rei vel extremorum; quia hæc sunt verè disparata; nec ratione modi prædicandi, quia nō sūt in quale, aut per cōcreta paronymica.

Ex quō sponte sequitur, invictam firmamq; stare communem Ecclesiæ sententiam, quod peculiare prædicationum genus constituant, quæ inusitata dici debeant, cum ad nullum prædicandi modum proprium, vel essentialem vel accidentalem quadrent.


Et hæc sunt, quæ injustum arrosæ veritatis patrocinium præferre debui, & inter varias occupationes potui. Quibus si amicè acquiescant alij, ipsis mihiq; gratulabor. Sin autem thesin suam Φυλάττειν perixerint, sciant, mihi neq; solidissimas responsiones; neq; auctoritates præstantissimorum nostri seculi Theologorum defuturas, quas licet in vitus, juris tamen publici cogor facere, nisi bono animo scripta benè etiam accipiantur.

*Deus autem pacis & unitatis operetur in nobis sanctam évónτην καὶ ἀγάπην, ut simus unanimes, & nihil agamus vel per contentionem, vel per inanem gloriam. Det ille & mentis & vocis consensum, ut serbetur unitas Spiritus, ut glorificetur nomen ejus, ut ejusdem armis pugnetur adversus hostes veritatis; sermo tuus, Domine, est veritas, in qua nos omnes sanctificas, ex hoc nunc & usq; in perpetuum.*


F I N I S.












& inconcussa erit nostra se  
prædicationes istas nullatenus e  
as, regulares aut ordinarias.

3. A questione, in quam fit p  
Accidentalis fit ἐν τῷ ὁπῶϊον ἐ  
quale si potissimum de unit is  
rijs sermo fit. Non n. designa  
h. e. essentiam vel personar  
ἐν τῷδε, fatentibus adversarij  
dicata Paronymica non dic  
lud ipsum esse, cui adsunt ve  
cūm nihil ita alteri adjunga  
ipsum, cui adjungitur, nec  
At verè prædicationes personar  
quales sed in quid fiunt, & præc  
larum dicuntur id ipsum esse  
junguntur. Non enim d  
Christus, qualem sed quem m  
homines esse filium homini  
16. vers. 13. & respondebat  
Tu es filius Dei vivi, vers. 14  
iam prædicationes Sacra  
non in quale, sed in qu  
Non enim dicitur qualis,  
est panis Eucharisticus, at

D 4



dicatio  
persona  
sacra  
ales  
sunt in